


DOMINICA III POST EPIPHANIAM

AD I VESPERAS



B

enedíctus. *Ps.* Dóminus De- us. E u o u a e.

Psalmus 143, j

Benedíctus Dóminus, Deus meus, qui docet manus meas ad praelium, * et dígitos meos ad bellum.

Misericórdia mea, et refúgium meum: * suscéptor meus, et liberátor meus:

Protéctor meus, et in ipso sperávi: * qui subdit pópulum meum sub me.

Dómine, quid est homo, quia innotuísti ei? * aut fílius hóminis, quia réputas eum?

Homo vanitáti símilis factus est: * dies eius sicut umbra prætereunt.

Dómine, inclína cælos tuos, et descénde: * tange montes, et fumigábunt.

Fúlgura coruscatiónem, et dissipábis eos: * emítte sagittas tuas, et conturbábis eos.

Emítte manum tuam de alto, † éripe me et líbera me de aquis multis: * de manu filiórum alienórum.

Quorum os locútum est vanitátem: * et dextera eórum, dextera iniquitátis.


Glória Patri, et Fílio, * et Spirítui Sancto.

Sicut erat in princípio, et nunc, et semper, * et in sæcula sæculórum. Amen.



Benedíctus Dómi-nus suscéptor me- us, et li-be- rátor me- us.

2. Ant.
toni VIII b



B

e- á- tus *Ps.* De- us cánti- cum. E u o u a e.

Psalmus 143, ij

Deus cánticum novum
cantábo tibi: * in psalté-
rio, decachórdo psallam tibi.

Qui das salútem régibus: †
qui redemísti David, servum
tuum, * de gládio maligno:
éripe me.

Et éruē me de manu filió-
rum alienórum, † quorum os
locútum est vanitátem: * et d́x-
tera eórum, d́xtera iniquitátis:

Quorum f́līi, sicut novélle
plantatiónes * in iuventúte sua.

F́līiæ eórum compósitæ: *
circumornátæ ut similitúdo
templi.


Promptúaria eórum plena, *
eructántia ex hoc in illud.

Oves eórum foētósæ, abun-
dántes in egréssibus suis: *
boves eórum crassæ.

Non est ruína macériæ, ne-
que tránsitus: * neque clámor
in platéis eórum.

Beátum dixerunt pópulum,
cui hęc sunt: beátus pópulus,
cuius Dóminus Deus eius.

Glória Patri.



Be- á- tus pópu- lus cuius Dóminus De- us e- ius.

3. Ant.
toni I b



M

agnus. *Ps.* Exaltábo. E u o u a e.

Psalmus 144, j

Exaltábo te, Deus meus,
Rex: * et benedícam nómi-
ni tuo in sæculum, et in sæcu-
lum sæculi.

Per síngulos dies benedí-
cam tibi: * et laudábo nomen
tuum in sæculum, et in sæcu-
lum sæculi.

Magnus Dóminus et laudá-
bilis nimis: * et magnitúdinis
eius non est finis.

Generátio et generátio lau-
dábit ópera tua: * et poténtiam
tuam pronuntiábunt.

Magnificéntiam glóriæ
sanctitátis tuæ loquénter: * et
mirabília tua narrábunt.


Et virtútem terríbílium tuó-
rum dicent: * et magnitúdi-
nem tuam narrábunt.

Memóriam abundántiæ su-
avitátis tuæ eructábunt: * et
iustítia tua exsultábunt.

Glória Patri.



Magnus Dóminus et laudábi-lis nimis: et magni-túdi-nis



e-ius non est fi-nis.

4. Ant.
toni VIII a

S



u-ávis. Ps. Mi-se-rátor. E u o u a e.

Psalmus 144, ij

Miserátor et miséricors
Dóminus: * pátiens, et
multum miséricors.

Suávis Dóminus univérsis: *
et miseratiónes eius super óm-
nia ópera eius.

Confiteántur tibi, Dómine,
ómnia ópera tua: * et sancti tui

benedícant tibi.

Glóriam regni tui dicent: *
et poténtiam tuam loquéntur:


Ut notam fáciant fíliis hómi-
num poténtiam tuam: * et gló-
riam magnificéntiæ regni tui.

Regnum tuum regnum óm-
nium sæculórum: * et domi-
nátio tua in omni generatióne
et generatióne.

Glória Patri.




Su- ávis Dóminus univérsis: et mi-se-ra-ti- ónes e-ius super



ómn- a ópe-ra e-ius.

5. Ant.
toni IV a



Psalmus 144, iij

Fidélis Dóminus in ómni-
bus verbis suis: * et san-
ctus in ómnibus opéribus suis.

Allevat Dóminus omnes qui
córruunt: * et érigit omnes elí-
sos.

Oculi ómnium in te spe-
rant, Dómine: * et tu das es-
cam illórum in témpore op-
portúno.

Aperis tu manum tuam: * et
imples omne ánimam benedi-
ctióne.

Iustus Dóminus in ómni-
bus viis suis: * et sanctus in
ómnibus opéribus suis.

Prope est Dóminus ómni-
bus invocántibus eum: * óm-
nibus invocántibus eum in
veritate.

Voluntátem tíméntium se
fáciat: † et deprecatióne


eórum exáudiet: * et salvos
fáciete eos.

Custódit Dóminus omnes
diligéntes se: * et omnes pec-
catóres dispérdet.

Laudatiónem Dómini lo-
quétur os meum: * et benedí-
cat omnis caro nomini sancto
eius in sæculum, et in sæcu-
lum sæculi. Glória.



Fidé-lis Dóminus in ómnibus verbis su- is, et sanctus in óm-



nibus opé-ribus su- is.

Capitulum

2. Thess. 3

Capitulum

2 Tes 3, 5

Dóminus dírigat corda et
córpora nostra in caritá-
te Dei et patiéntia Christi.

Pan niech prostuje serca i cia-
ła nasze w miłości Bożej,
i w cierpliwości Chrystusowej.

Hymnus
toni VIII




O lux be- á-ta Trí-ni- tas, Et prin- ci-pá-lis Uni- tas,



Iam sol recédit ígne- us, Infún- de lumen córdi-bus.

Te mane láudum cármine,
Te deprecémur vésperē,
Te nostra supplex glória
Per cuncta laudet sæcula.

Deo Patri sit glória,
Eiúsque soli Fílio,
Cum Spírítu Paráclito,
Et nunc, et in perpétua.
Amen.



℣: Vespertína orátio ascéndat ad te, Dómi-ne.
 ℞: Et descéndat super nos misericórdia tu- a.



Ad Magn.
 Ant. toni I b

Peccá-ta. C. Magní-fi-cat. E u o u a e.

Canticum BMV

Luc. 1

bus eum.

Magníficat * ánima mea
 Dóminum.

Et exsultávit spíritus me-
 us, * in Deo salutári meo.

Quia respéxit humilitátem
 ancíllæ suæ: * ecce enim ex
 hoc beátam me dicent omnes
 generatiónes.

Quia fecit mihi magna qui
 potens est: * et sanctum nomen
 eius.

Et misericórdia eius a pro-
 génie in progénies * timénti-

Fecit poténtiam in bráchio
 suo: * dispérsit supérbos men-
 te cordis sui.

Depósuit poténtes de se-
 de, * et exaltávit húmiles.

Esuriéntes implévit bonis: *
 et dívites dimísit inánes.


Suscépit Israel, púerum su-
 um, * recordátus misericórdiæ
 suæ.

Sicut locútus est ad patres
 nostros, * Abraham, et sémini
 eius in sæcula.


Glória Patri.



Peccá-ta me- a, Dómi-ne, sic- ut sa- gít- tæ infí- xa sunt



in me: sed ántequam vúlne-ra gé- ne- rent in me, sana




me, Dómine, me- di-caménto pœni-ténti- æ, De- us.

PRECES




K

y-ri- e e-léison. *R̄*. Christe e-léison. Ky-ri- e e-léison.



P

a-ter noster *secreto usque ad:* *Ÿ*. Et ne nos indúcas in



tenta-ti- ónem. *R̄*. Sed líbe-ra nos a ma-lo. *Ÿ*. O-rémus.

Omnípotens sempitérne
Deus, infirmitátem nos-
tram propítius réspice; atque
ad protegéndum nos déxte-
ram tuæ maiestátis exténde.
Per Dóminum nostrum Iesum

Christum, Fílium tuum, qui
tecum vivit et regnat in uni-
táte Spíritus Sancto, Deus per
ómnia sæcula sæculórum.

R̄. Amen.




Benedi-cámus Dó- mino. *R̄*. De- o grá- ti- as.

Ÿ: Fidélium animæ per misericórdiam Dei requiéscat in pace.

R̄: Amen.

Versiculus ante Laudes



℣. Dóminus regná-vit. ℞. Decórem índu- it.

AD LAUDES

1. Ant.
toni VI

A lle- lú-ia. *Ps.* Dóminus regnávít. E u o u a e.

Ps.92

Dóminus regnávít, decó-rem indútus est: * indútus est Dóminus fortitúdinem, et præcínxit se.

Eténim firmávit orbem terra, * qui non commóvebitur.

Paráta sedes tua ex tunc: * a sæculo tu es.

Elevavérunt flúmina, Dómine: * elevavérunt flúmina

vocem suam.

Elevavérunt flúmina flúctus suos, * a vóci- bus aquárum multárum.

Mirábiles elatiónes maris: * mirábilis in altis Dóminus.


Testimónia tua credibília facta sunt nimis: * domum tuam decet sanctitúdo, Dómine, in longitúdinem diérum.

Glória Patri.

Alle- lú-ia, Dóminus regná- vit, decórem índu- it, al-le-

lú-ia, alle-lú-ia.

2. Ant.
Toni IVa



Iubi-lá-te. *Ps.* De- o omnis terra. E u o u a e.

Ps.99

Iubiláte Deo, omnis terra: *
servíte Dómino in lætítia.

Introíte in conspectu e-ius,
* in exultatióne.

Scitóte quóniam Dóminus
ipse est Deus: * ipse fecit nos,
et non ipsi nos.

Pópulus eius, et oves

pascuæ eius: † introíte portas
eius in confessióne, * átria eius
in hymnis: confitémini illi.

Laudáte nomen eius: quón-
iam suávis est Dóminus, † in
ætérnum misericórdia eius, *
et usque in generatióne et
generatióne véritas eius.

Glória.



Iubi-lá-te De- o omnis terra, alle-lú-ia.

3. Ant.
Toni VIIa



Be- ne-dí-cam te. *Ps.* De-us. E u o u a e.

Ps.62

Deus, Deus meus, * ad te
de luce vígilo.

Sitívit in te ánima mea, *
quam multipliciter tibi caro
mea.

In terra desérta, et ínvia, et
inaquósa: † sic in sancto ap-

páruí tibi, * ut vidérem vir-
tútem tuam, et glóriam tuam.

Quóniam melior est mise-
ricórdia tua super vitas: * labia
mea laudábunt te.

Sic benedícam te in vita
mea: * et in nómine tuo levábo
manus meas.

Sicut ádipe et pinguédine

repleátur ánima mea: * et lá-
biis exsultatiónis laudábit os
meum.

Si memor fui tui super
stratum meum, † in matutínis
meditábor in te: * quia fuísti
adiútor meus.

Et in velaménto alárum tu-
árum exsultábo, † adhæsit á-
nima mea post te: * me su-
scépit délixtera tua.

Ipsi véro in vánum quæsi-
érunt ánimam méam, † introí-
bunt in inferióra terræ: * tra-
déntur in mánus gládii, pártes
vúlpium érunť.

Rex vero lætábitur in Deo, †
laudabúntur ómnes qui iúrant
in éo: * quia obstrúctum est os
loquéntium iníqua.

Glória Patri.




Be- ne-dícam te in vi-ta me- a, Dómi- ne, et in nó-mi-ne



tu-o le-vábo manus me- as, alle-lú-ia.

4. Ant.
Toni VIIIa



Tres pú- e-ri. C. Bene-dí-ci-te. E u o u a e.

Canticum trium Puerorum
Dan. 8, 57-88 et 56.

Benedícite, ómnia ópera
Dómini, Dómino: * lau-
dáte et superexaltáte eum in
sæcula.

Benedícite, Angeli Dómini,
Dómino: * benedícite, cæli, Dó-

mino.

Benedícite, áquæ ómnes,
quæ super cælos sunt, Dómi-
no: * benedícite, ómnes virtu-
tes Dómini, Dómino.

Benedícite, sol et luna, Dómi-
no: * Benedícite, stellæ cæli, Dó-
mino.

Benedícite, omnis imber et

ros, Dómino: * Benedícite, omnes spiritus Dei, Dómino.

Benedícite, ignis et æstus, Dómino: * Benedícite, frigus et æstus, Dómino.

Benedícite, rores et pruína, Dómino: * Benedícite, gelu et frigus, Dómino.

Benedícite, glacies et nives, Dómino: * Benedícite, noctes et dies, Dómino.

Benedícite, lux et ténebræ Dómino: * Benedícite, fúlgura et nubes, Dómino.

Benedícat terra Dómino: * láudet et superexáltet eum in sæcula.

Benedícite, montes et colles, Dómino: * Benedícite, univérsa germinántia in terra, Dómino.

Benedícite, fontes, Dómino: * Benedícite, mária et flúmina, Dómino.

Benedícite, cete, et ómnia, quæ movéntur in aquis, Dómino: * benedícite, ómnes vólucres cæli, Dómino.

Benedícite, ómnes bestię et pécora, Dómino: * Benedícite, filii hóminum, Dómino.

Benedícat Israel Dómino: * láudet et superexáltet eum in sæcula.

Benedícite, sacerdótes Dómini, Dómino: * Benedícite, servi Dómini, Dómino.


Benedícite, spíritus, et ánimæ iustórum, Dómino: * Benedícite, sancti, et húmiles corde, Dómino.

Benedícite Ananía, Azária, Mísael, Dómino: * laudáte et superexaltáte eum in sæcula.

Benedicámus Patrem et Fílium cum Sancto Spíritu: * laudémus et superexaltémus eum in sæcula.

Benedíctus es, Dómine, in firmaménto cæli: * et laudábilis, et gloriósus, et superexaltátus in sæcula.


*Hic non dicitur Glória Patri
neque Amen.*



Tres pú-e-ri ius-su regis in fornácem missi sunt, non timén-



tes flammam ignis, di-cētes: Bene-díctus De-us, alle-lú-ia.



Alle-lú-ia. *Ps.* Laudáte. E u o u a e.

Ps.148

Laudáte Dóminum de cæ-
lis: * laudáte eum in excel-
sis.

Laudáte eum, ómnes An-
geli eius: * laudáte eum, om-
nes virtútes eius.

Laudáte eum, sol et luna: *
laudáte eum, ómnes stéllæ et
lúmen.

Laudáte eum, cæli cæló-
rum: * et áquæ ómnes, quæ su-
per cælos sunt, láudent nomen
Dómini.

Quia ipse dixit, et facta
sunt: * ipse mandávit, et creáta
sunt.

Státuit ea in ætérnum, et in
sæculum sæculi: * præcéptum
pósuit, et non præteríbit.

Laudáte Dóminum de ter-
ra, * dracónes, et ómnes abýs-
si.

Ignis, grándo, nix, glácies,
spiritus procellárum: * quæ
fáciunt vérbum eius:

Móntes, et ómnes cólles: *
lígna fructífera, et ómnes ce-
dri.

Béstiaë, et univérsa péco-
ra: * serpéntes, et vólucres
pennátæ:

Reges terræ, et ómnes pó-
puli: * príncipes, et ómnes iú-
dices terræ.

Iúvenes, et vírgines: senes
cum iunióribus láudent no-
men Dómini: * quia exaltátum
est nomen eius solíus.

Conféssio eius super cæ-
lum et terram: * et exaltávit
cornu pópuli sui.

Hýmnus ómnibus sánctis
eius: * filiis Israel, pópulo ap-
propinquánti sibi.

Glória.



Alle-lú-ia, laudá- te Dóminum de cæ-lis, allelú-ia, alle-lú-ia.

Capitulum

Apoc. 7


Czytanie

Ap 7,12

Benedíctio et cláritas et sapi-
éntia et gratiárum áctio,
honor, virtus et fortitúdo Deo
nostro in sæcula sæculórum.
Amen

Błogosławienie i chwała, i
mądrość i dziękowanie,
cześć i moc, i siła Bogu na-
szemu na wieki wieków.
Amen.


Hymnus
Toni IV



Ecce iam noctis tenu- á-tur umbra, Lu-
cis auró-ra ru-



ti- lans, corúscat, Ní-sibus to- tis ro-gi-témus omnes Cuncti-



po-tén-tem.


Ut Deus noster miserátus omnem
Pellat languórem, tríbuat salutem
Donet et nobis, pietáte Patris,
Regna polórum.

Præstet hoc nobis Déitas beáta
Patris, ac Nati, paritérque Sancti
Spíritus, cuius réboat in omni
Glória mundo. Amen.

Versiculus:

℣. Dóminus regnávít.

℟. Decórem indúit.



C

um autem. C. Bene-díctus. E u o u a e.

Canticum Zacchariae

Luc.1,68-79

Benedíctus Dóminus De-
us Israel * Quia visitávit
et fecit redemptiónem plebis
suae.

Et eréxit cornu salútis no-
bis * in domo David púeri sui:

Sicut locútus est per os san-
ctórum, * qui a sæculo sunt
prophetárum eius.

Salútem ex inimícis nóstris, *
et de mánu ómnium qui odé-
runt nos.

Ad faciéndam misericór-
diam cum pátribus nóstris: *
et memorári testaménti sui
sancti.

Iusiurándum, quod iurávit
ad Abraham, pátre nós-
trum, * datúrum se nobis.

Ut sine timóre de mánu ini-
micórum nostrórum liberáti *
serviámus illi.

In sanctitáte et iustítia co-
ram ipso, * ómnibus diébus
nóstris.

Et tu puer prophéta Altís-
simi vocáberis: * præibis enim
ante fáciem Dómini paráre
vias eius.

Ad dándam sciéntiam sa-
lútis plébi eius: * in remis-
sionem peccatórum eórum:

Per víscera misericórdiæ
Dei nostri: * in quibus visitávit
nos óriens ex alto:

Illumináre his, qui in téne-
bris, et in úmbra mortis se-
dent: * ad dirigéndos pedes
nostros in víam pacis.

Glória Patri.




Cum autem descendisset Ie-sus de monte, ecce lepró-sus



véni- ens ado-rá-bat e-um, dicens: Dómi-ne, si vis, potes me



mundá-re. Et exténdens ma-num, té-tigit e- um, di-cens: Vo-



lo, mundá-re.

Preces.

Oratio:

Omnípotens sempitérne Deus, infirmitátem nos-tram propítius réspice; atque ad protegéndum nos déxte-

ram tuæ maiestátis exténde. Per Dóminum nostrum Iesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in uni-táte Spíritus Sancto, Deus per ómnia sæcula sæculórum.




Benedi-cámus Dó- mino. R̄. De- o grá- ti- as.

℣: Fidélium animæ per misericórdiam Dei requiéscat in pace.

R̄: Amen.

AD II VESPERAS

1. Ant.
toni VIIb



Di-xit Dóminus. *Ps.*: Dómino me-o. E u o u a e.

Ps. 109

Dixit Dóminus Dómino me-
o: * sede a dextris meis:

Donec ponam inimicos tuos,
* scabéllum pedum tuorum.

Virgam virtutis tuæ emittet
Dóminus ex Sion: * dominare
in médio inimicorum tuorum.

Tecum princípium in die
virtutis tuæ in splendóribus
sanctorum: * ex útero ante lu-

ciferum genui te.

Iurávit Dóminus, et non
pænitébit eum: * Tu es sa-
cérdos in ætérnum secúndum
órdinem Melchisedech.

Dóminus a dextris tuis, *
confrégit in die iræ suæ reges.

Iudicábit in natióibus im-
plébit ruínas: * conquassábit
cápita in terra multorum.

De torrénite in via bibet: *
proptérea exaltábit caput.

Glória Patri.



Di-xit Dóminus Dómino me- o: Sede a dextris me- is.

2. Ant.
toni IIIb



Magna. *Ps.*: Confi-tébor. E u o u a e.

Ps. 110

Confitébor tibi, Dómine, in
toto corde meo: * in con-

sílio iustorum, et congregá-
tione.

Magna ópera Dómini: * ex-
quisíta in omnes voluntates

eius.

Conféssio et magnificéntia opus eius: * et iustítia eius manet in sæculum sæculi.

Memóriam fecit mirabílium suórum, † miséricors et miserátor Dóminus: * escam dedit timéntibus se.

Memor erit in sæculum testaménti sui: * virtútem óperum suórum annuntiábit pópulo suo:

Ut det illis hereditátem Géntium: * ópera mánuum eius véritas, et iudícium.

Fidélia ómnia mandáta eius: † confirmáta in sæculum sæculi, * facta in veritáte et æquitáte.

Redemptiónem misit pópulo suo: * mandávit in ætérnum testaméntum suum.


Sanctum et terríbile nomen eius: * inítium sapiéntiæ timor Dómini.

Intelléctus bonus ómnibus faciéntibus eum: * laudátio eius manet in sæculum sæculi.

Glória Patri.



Magna ópe-ra Dómi-ni, exqui-sí-ta in omnes vo-luntá-



tes e-ius.



3. Ant.
toni IVa

Q

ui timet. *Ps.*: Be-á-tus vir. E u o u a e.

Ps. 111

Beatus vir, qui timet Dóminum: * in mandátis eius volet nimis.

Potens in terra erit semen eius: * generátio rectórum benedicétur.

Glória et divític in domo eius: * et iustítia eius manet in

sæculum sæculi.

Exórtum est in ténebris lu-
men rectis: * miséricors, et mi-
serátor, et iustus.

Iucúndus homo, qui mise-
rétur et cómmodat, † dispónet
sermónes suos in iudício: *
quia in ætérnum non commo-
vébitur.

In memória ætérna erit iu-
stus: * ab auditióne mala non
timébit.

Parátumcor eius speráre in

Dómino, † confirmátum est
cor eius: * non commovébitur
donec despíciat inimícos
suos.

Dispérsit, dedit paupéri-
bus: † iustítia eius manet in
sæculum sæculi: * cornu eius
exaltábitur in glória.

Peccator vidébit, et iras-
cétur, † déntibus suis fremet,
et tabéscet: * desidérium pec-
catórum períbit.

Glória Patri.



Qui timet Dóminum, in mandá-tis e-ius cu-pit nimis.

4. Ant.
toni VIIIb



S

it nomen. *Ps.*: Laudá-te. E u o u a e.

Ps. 112

Laudáte púeri Dóminum: *
laudáte nomen Dómini.

Sit nomen Dómini benedí-
ctum, * ex hoc nunc, et usque
in séculum.

A solis ortu usque ad occá-
sum, * laudábile nomen Dó-
mini.

Excélsus super omnes gen-

tes Dóminus, * et super cælos
glória eius.

Quis sicut Dóminus Deus
noster, qui in altis hábitat, * et
humília réspicit in cælo et in
terra?

Súscitans a terra ínopem, *
et de stércore érigens páupe-
rem:

Ut cóllocet eum cum princí-
pibus, * cum princípibus pó-


puli sui.

Qui habitare facit sterilem

in domo, * matrem filiorum

laetantem.


Glória Patri.



Sit nomen Dómi-ni be-ne-díctum in sæcu-la.

5. Ant.
t. pereg.

D



e- us autem noster. *Ps.*: In é-xi-tu. E u o u a e.

Ps. 113

In éxitu Israel de Ægýpto, *
Idomus Iacob de pópulo
barbaro:

Facta est Iudæa sanctificá-
tio eius, * Israel potéstas eius.

Mare vidit, et fugit: * Iordá-
nis convérsus est retrórsum.

Montes exsultavérunt ut
arietes, * et colles sicut agni
óvium.

Quid est tibi, mare, quod
fugísti: * et tu, Iordánis, quia
convérsus es retrórsum?

Montes, exsultástis sicut
arietes, * et colles, sicut agni
óvium?

A fácie Dómini mota est
terra, * a fácie Dei Iacob.

Qui convértit petram in sta-
gna aquárum, * et rupem in

fontes aquárum.

Non nobis, Dómine, non
nóbis: * sed nómini tuo da gló-
riam.

Super misericórdia tua, et
veritáte tua: * nequándo di-
cant gentes: Ubi est Deus eó-
rum?

Deus autem noster in cælo: *
ómnia quæcúmque vóluit,
fecit.

Simulácra géntium argén-
tum, et aurum, * ópera mánu-
um hómínium.

Os habent et non loquén-
tur: * óculos habent, et non vi-
débunt.

Aures habent, et non áudi-
ent: * nares habent, et non odo-
rábunt.

Manus habent, et non pal-
pábunt, † pedes habent, et non

ambulábunt: * non clamábunt
in gútture suo.

Símiles illis fiant qui fáci-
unt ea: * et omnes qui confí-
dunt in eis.

Domus Israel sperávit in
Dómino: * adiútor eórum et
protéctor eórum est.

Domus Aaron sperávit in
Dómino: * adiútor eórum et
protéctor eórum est.

Qui timent Dóminum, spe-
ravérunt in Dómino: * adiútor
eórum et protéctor eórum est.

Dóminus memor fuit nos-
tri: * et benedíxit nobis.

Benedíxit dómui Israel: *
benedíxit dómui Aaron.

Benedíxit ómnibus, qui ti-
ment Dóminum, * pusíllis
cum maióribus.

Adíciat Dóminus super
vos: * super vos, et super filios
vestros.


Benedícti vos a Dómino, *
qui fecit cælum, et terram.

Cælum cæli Dómino: * ter-
ram autem dedit fíliis hómi-
num.

Non mórtui laudábunt te,
Dómine: * neque omnes, qui
descéndunt in inférnum.

Sed nos qui vívimus, bene-
dícimus Dómino, * ex hoc
nunc et usque in sæculum.

Glória Patri.



Capitulum


2 Thess. 3

Czytanie

2 Tes 3, 5

Dóminus dírigat corda et
córpora nostra in caritá-
te Dei et patiéntia Christi.

Niechaj Pan skieruje serca
wasze ku miłości Bożej
i cierpliwości Chrystusowej.



Lu- cis Cre- á-tor óptime, Lucem di-é-rum pró-fe-rens,



Primór- di- is lu- cis novæ Mundi pa-rans o-rí- gi-nem:

Qui mane iunctum vésperi
Diem vocári præcipis:
Tetrum chaos illábitur,
Audi preces cum flétibus.

Cælórum pulset íntimum,
Vitále tollat præmium:
Vitémus omne nóxium,
Purgémus omne péssimum.

Ne mens graváta crímine
Vitæ sit exsul múnere:
Dum nil perénne cógitat,
Seséque culpis ílligat.

Præsta Pater piíssime,
Patrique compar Unice,
Cum Spírítu Paráclito,
Regnans per omne sæculum.

Amen.


Versiculus:

∴: Dirigátur, Dómine, orátio mea.

⋈: Sicut incénsum in conspéctu tuo.



Dómine, si vis, po-tes me mundáre. Et a- it




Ie-sus: Vo-lo, mundá-re. c. Magni-ficat. E u o u a e.

Preces.

Oratio:

Omnípotens sempitérne
Deus, infirmitátem nos-
tram propítius réspice; atque
ad protegéndum nos déxte-

ram tuæ maiestátis exténde.
Per Dóminum nostrum Iesum
Christum, Fílium tuum, qui
tecum vivit et regnat in uni-
táte Spíritus Sancto, Deus per
ómnia sæcula sæculórum.



Benedi-cámus Dó- mino. R̄. De- o grá- ti- as.

℣: Fidélium animæ per misericórdiam Dei requiéscat in pace.

℟: Amen.



szkoła śpiewania chorału
las Bielański
Warszawa
ad 2010